

posita est. Cum enim ad edificationem, & p
fectum Indorum, & manutentionem ipso-
rum sit, non habet limites constitutos. Hęc
ille. ¶ Ex hac eadem litera, & clausula ma-
nifeste deducitur, primo, quod possunt fra-
tres libere administrare Sacramēta ipsis Neo-
phitis, scilicet Baptismi, Penitentię, Extrema
vñtionis, & Matrimonij, quia id expediens
est, vt constat, immo & necessarium. 2. quod
administratio hęc, non sit ad certum tempus
limitata, quandiu ipsi ad fidem conuertuntur,
sed quandiu opus fuerit. Ex quo. 3. sequi-
tur q̄ hęc potestas manet etiam post con-
uersionem ipsorum: quia ibi dicitur dari il-
lam omnimodam potestatem super Indos ad
fidem conuersos, & postquam dicitur quan-
tam iudicauerint opportunam, & expedientē
[subditur] pro conuersione Indorum, & ma-
nutatione eorum. &c. Sequitur ergo, quod
semper durat potestas omnimoda quādiu ad
manutationem expedit, sed manutentio post
conuersionem etiam perfectam Indorum se-
per est necessaria, non ergo cessat pera&a cō-
uersione, cum postillam manutentio sit desi-
deranda: Sequitur tandem toto cœlo [vt
aiunt] ab errare qui dicunt hoc priuilegiū,
&